

www.e-rara.ch

Eusebius captivus, sive, modus procedendi in curia Rom. contra evangelicos

Massari, Girolamo

Tiguri, 1597

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: III O 124

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-4139>

De excommunicatione.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ACTA II. DIEI: DE EXCOMMUNICATIONE.

Cum Eusebius hæc loqueretur; quidam intra se murmurabant, ac dicebant: Videamus ne fortè sanguinem iustum effundamus: quomodo enim hæc loqui posset, nisi Deus esset cum eo? Quod cum audiisset Papa, veritus est ne aliquis ex principibus in CHRISTVM crederet: ideo præcepit Eusebio, ne amplius ista loqueretur sub pœna anathematis læsententiæ. Alij autem respondentes Pontifici, dixerunt: Nil dubitet sanctitas vestra: iurauimus enim nos neq; manducatueros neq; bibitueros esse, nisi prius occiderimus ipsum.

His Eusebius respondit: In Dei manu est vita mea. Equidẽ non possum non loqui, quæ audiui: nam spiritus patris mei qui in me loquitur, aperit os meũ, vt clamẽ et annunciẽ vobis scelera vestra, & dicã quæ ventura sunt super vos, nisi resipiscatis. Quantum verò ad anathema, quo a vobis percussus sum, pertinet, ne verbulum quidem vnum eius causa tacebo: cum enim contra Christi præceptum eo me percussieritis, nihil mihi ab eo timeadum est.

Aderat vnà cum phariseis quidam, qui discipulus quidem IESV erat, sed propter metũ eorum, ipsius nomen publicè non confitebatur. Hic igitur ab Eusebio postulauit, quomodo excommunicatio populis infligenda esset.

Eusebius cũ intuitus, Vsquequò, inquit, claudicas in duas partes? quomodo potes duobus dominis inseruire? si verbũ Domini manet in æternũ, Deusq; nõ mentitur vt homo, cur non rectè ad veritatem Evangelij ambulas? sed diuitiæ suffocant verbum, quod in te est. Vt autem sciatis omnes quàm pessimè excommunicationis vsum inuerteritis, audite. Dum Christus Ecclesiæ suæ salubrem excommunicationis disciplinam

disciplinam traderet, dixit: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si verò non audierit, adhibe tecum vnum aut duos testes, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum: quòd si eos non audierit, dic ecclesiæ: si ecclesiam non audierit, sit tibi velut ethnicus ac publicanus, Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo: Quibus ex verbis aperte cognoscitur, eos duntaxat excommunicandos esse, qui peccatum aliquod commiserunt: nec tamen cuiuslibet peccati causa, sed eorum tantummodò, quæ in conspectu ecclesiæ inuulgata sunt, ac totum ecclesiæ corpus turpitudine eorum commaculant, & inficiunt: timendum enim esset, ne talium exemplo plures talia committerent scelera, si ea non puniri conspicerent. Publica igitur si quæ erunt in ecclesia; per excommunicationem tollenda sunt. Quod & a Paulo innuitur, dum dicit: Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes. Huiusmodiq; scelera quàm citissimè tolli debent. Nam sicut in grege, si multæ sanæ, & ab omni morbo mundatæ sint pecudes, nonnullæ verò aut scabie, aut contagioso aliquo malo obnoxie, necesse est vt hæ separentur a sanis: sic in ecclesia a fidelium communionem arcendi sunt, qui publicè delinquant, ne per totum ecclesiæ corpus illorù dira contagia serpant: hac enim separatione est spes vt illi sanentur, ac incolumes tandem ad ecclesiam reducàtur. Cùm ergo huiusmodi venena, si non citò tollantur, in dies deteriora fiant, idèò pastores super his conuiuere non debent: at potius Paulum imitari, qui dum Corinthiũ fornicatorem excommunicandum esse censeret, nò dixit Corinthijs: Expectetis me, vt vnà in nomine

Matth. 18.

1. Cor. 15.

ACTA II. DIEI.

Domini congregati, ipsum excommunicamus: sed potius illos negligentiae inculcat, dicens, Cur non luctum habuistis, ut tolleretur malum de medio vestri? & scribit, se spiritu presentem fore, quamuis corpore absens esset: ideo monet ne diutius fornicatorem illum ferant, sed ex fidelium coetu pellant, ac sathanæ illum tradant ad interitum carnis, ut spiritus saluus fiat. Quod si peccata ecclesiæ manifesta non sint, oremus pro inuicem dicentes, Remitte nobis debita nostra: quia cum vnum corpus simus in CHRISTO, inuicem fratrum nostrorum tanquam membrorum salutem querere, ac septuagies septies quantum nostra interest, ex Christi præcepto dimittere. Si verò pastor, cui totius ecclesiæ cura incumbat, aliquem grauiter deliquisse sciat, eiusque scelus ecclesiæ non innotescat, illum summa cum charitate ac lachrymis admonere ac obsecrare per Dominum IESVM CHRISTVM debet, ut sibi a Cœna Dominica omnino temperet: qui si eius monitis paruierit, suauissimo amoris affectu amplectendus, suauissimisque sermonibus ad meliorem frugem reducendus erit. Si verò admonitionibus parere nolit, ac vnà cum fidelibus ad Dominicam cœnam accedat, ne arceatur, ne fortè impudens factus, ac indignatione maxima permotus, in deteriora labatur: sed tum pastor CHRISTVM imitetur, qui etsi Iudæ scelus optimè nouisset, illum tamè arcere noluit, sed illi vnà cum alijs Apostolis panem distribuit. Hic videre possunt omnes pij, excommunicationem quam in populos exercetis, non solum Christianam non appellandam, sed tyrannidem potius intolerabilem censendam esse. Eam namq; infligitis, non ut e medio vestrum errata ac facinora tollatis, sed ut fabulas ac mendacia vestra tueri possitis, quibus diuitias corraditis, ac imperia augetis.

Quid

DE EXCOMMUNICATIONE. 89

Quid igitur mirum, si hac ratione factum est, ut hæc saluberrima in errantes disciplina, quæ a C H R I S T O ecclesiæ tradita fuit, vestra causa inuisa ac odiosa reddita est? Id sanè vestri esset muneris, Evangelium prædicare, peccataq; quæ in ecclesiæ scandalum ac perniciem committuntur, per excommunicationis disciplinā tollere. Sic enim C H R I S T V S ministris ecclesiæ suæ faciundum esse præcepit. Cum autem Evangelium persequentes, excommunicatione utamini tanquam gladio in eos, qui Evangelium annunciant, ut hoc telo Antichristi regnum defendatis, tyrannidem exercetis. Vbi Paulus, aut quiuis episcoporum prioris illius ecclesiæ, quæ in C H R I S T I doctrina constructa fuerat, tali ratione excommunicatione vnquam usus fuit, qua vos utimini? ut scilicet iniurias vobis illatas vlciscamini? quod tamen non solum a C H R I S T O, atq; eius Apostolis verum est, sed & decretis vestris. Vt pecuniarium debi-
23. q. 4. in ter.
tum extorqueatis? Si quis enim paupertate ac omnium rerum inopia vexatur, & ideo vobis iniqua ac iniusta debita persolvere non possit, statim excommunicationis fulgura, maledictionumq; tela in eum conijcitis: pauperculum quempiam probum ac bonæ famæ virum, pro pullo aut pro obulo, summo afficietis dedecore. Vbi charitas? vbi pietas? vbi pastoris species? cum propter peccata tantummodò quis excommunicari possit, ac debeat? Cur vos propter paupertatem ac miseras pauperculum illum vexatis, ita ut excommunicationibus vestris ad summam desperationem adigatis? Inuenistis ne paupertatem, ac in opiam tale esse peccatum, cuius causa quis excommunicari debeat? Moueant vos saltem leges vestræ, illasq; non ita impudenter contemnatis: precipiunt enim vobis, ne excommunicationem feratis in quem-
rr. q. 3. in l. 1.
quam pro leuibus erratis, sed pro mortalibus duntaxat.

ACTA II. DIEI.

*de cens.
ca. licet.*

*Forma ex-
cōmunica-
tionis Pa-
pisticæ cō-
tra Euan-
geliū Iesu
Christi.*

rat, & quorum causa antiqui patres ab ecclesia ac-
cebant. Mementote præterea, quòd a personis mise-
rabilibus census non est extorquendus, Si verò quis
debitum vobis persolvere renuat, magistratus con-
uenite: ipsi enim gladium portant, ipsi per exacto-
res compellent ut debitum persoluat.

Quis vos, inquam, docuit salubri excommunica-
tionis virga euangeliū ac pietatem ad inferos vsq;
propellere, ac CHRISTVM ipsum tanquam hæ-
resiarchā aliquem ferire? Te inuoco modò cœlestis
pater, audi eorum impias voces. Dicunt enim: Li-
bellos seu prædicationes in Latino, vel quocunq; a-
lio idiomate damnamus, reprobamus, anathematiza-
mus, excōmunicamus, & omnino reiicimus: & pro
omnino damnatis, reprobatis, anathematizatis, ex-
communicatis & reiectis haberi volumus. Manda-
musq; in virtute sanctæ obedientiæ, & sub poenis
prædictis eo ipso incurrendis, omnibus & singulis
utriusq; sexus, ne huiusmodi scripta, libellos, prædi-
cationes, seu schedulas, vel in eis contenta capitula,
errores, hæreses, aut articulos suspectos legere, asse-
rere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, siue
defendere per se, siue per alios, directè vel indirectè,
tacitè vel expressè, publicè vel occultè, aut in domi-
bus suis, siue alijs publicis aut priuatis locis tenere
quoquo modo præsumant: quinimò illa statim post
harum publicationem ubicunque fuerint per ordi-
narios & alios ad hoc deputatos diligenter quæsitæ
publicè & solenniter in præsentia cleri, & populi,
sub omnibus & singulis supradictis poenis combu-
rant. Sed tu Domine pater noster, & redemptor no-
ster, iudica causam tuam, & tuere nomen sanctum
tuum, & verbum quod nobis per filium tuum & A-
postolos tuos annunciare fecisti. Iam ignes succensi
sunt, ut thronum etiam gloriæ tuæ cōburant, si pos-
sint.

DE EXCOMMUNICATIONE 93

Ant. Exaudi igitur Domine omnes sanctos tuos, qui corde contrito, ac spiritu humili inuocant brachium potentiae tuae contra hostes tuos. Confunde illos in virtute tua, & eorum consilia praua dissipa, vt omnes agnoscant quod visitas iniquitates impiorum qui aduersantur maiestati tuae, ac sanctos tuos affligunt.

Et conuersus Eusebius ad Papam, inquit: Non igitur mireris, si minas, & anathemata tua nunquam pertinui: cum enim neq; in Deum, neq; in eius ecclesiam aliquod scelus admiserim (cuius tantummodo causa excommunicari deberem) excommunicationem vestram deridendam esse praedicaui, non secus quam

si quis capitis reus diceretur, eo quod pulicem seu mu-
rem occidisset. Dicam & hoc, quod cum symoniacus
sis, nullum excommunicare legitime potes nec eodem
nare, vt patet in decretis. Non ergo ex C H R I S T I

1. q. 1.
qui/quis.

ecclesia in Satanarum manus me proiectum fuisse ar-

24. q. 1.
dia.

bitremini vestris excommunicationibus: sed potius ea-
rum occasione a C H R I S T O dulcioribus amplexi-
bus deuinctum esse: hocque mihi contigit, quod ceco eu-
gelico: is enim dum C H R I S T V M Dei filium praedi-
cat, a scribis & Phariseis tanquam haereticus ex eorum
synagoga eiectus fuit: ego dum eundem C H R I S T V M,
unicam errantium salutem annuncio, non tantum ex ve-
stra synagoga pulsus sum, sed ad crudelissimum mor-
tis genus postularus. Ille ex Phariseorum synagoga
proiectus, C H R I S T V M in templo inuenit, C H R I-
S T V M alloquitur, C H R I S T V M adorat: ego a
vobis diris modis execratus, C H R I S T V M ample-
ctor, C H R I S T V M alloquor, C H R I S T V M
adoro, C H R I S T V Mque citissime coram Deo patre
in sempiterno gaudio contemplari poterom: o mihi co-
lilia maledicta, o beata tormenta, o suaves ignes. Sed
considerandum hic vnum est, quod scilicet excommu-
nicationes vestrae nihil aliud sint, quam impii

ACTA II. DIEI.

actyrānis, & ideó nihil faciēde, misellę tamē simpli-
ciū populorū conscientia excarnificatur: nā cū hor-
rēdas voces illas audiant, sententiā scilicet excōmu-
nicationis vel iustā vel iniustā timendam esse, Dei se
hostes, satanāq; filios esse putant. Quo quid tristius,
quidue molestius cordi humano esse potest? Sed rei
veritatē agnoscant pij, qui ita miserē a vobis vexan-
tur: & si ipsū verbum Dei legere per vos nō licet, pri-
scos ecclesię patres ac decreta vestra perlegant: in
quibus hęc & plurā leguntur cōtra vestrā opinionē:
Augst. quod si quis fideiū fuerit anamathematizatus iniu-
11. q. 3. te. ste, potius ei oberit qui facit, quā qui patitur hāc in-
merariū. iuriam. Temerariū iudiciū nihil nocet ei de quo te-
Aug. de merē iudicatur: ei autē qui temerē iudicat, ipsa teme-
serm. Dō. ritas necesse est vt noceat. Si iniusta est sententia, ni-
11. q. 3. tui. hil debet homo in quē lata est illā curare, cū neq; a-
Geiasius. pud Deū, neq; eius ecclesiā nemo grauari possit ini-
Papa. qua sententia: ideò neq; ab ea se absolui desideret,
Can. quid cū se nullatenus obligatū esse perspiciat. Perlegant
obest. pręterea ibidē vbi dicitur: Quid nocet homini, si ex
Aug in illa tabula velit eum delere humana ignorantia, quē
Psal. 28. de libro viuentiū non delet iniqua cōscientia? Audi-
11. q. 3. ch. ant Augustinū dicentem: Custodi intus innocentiam
odi. tuam, vbi nemo opprimit causam tuā: pręualebit in
te falsum testimoniū, sed apud homines: nūquid &
apud Deū valebit, vbi causa tua dicenda est: quando
Deus erit iudex, alius non erit testis quā conscientia
tuā: inter iustum iudicem & conscientiam tuam noli
Hier. 24. timere, nisi causam tuam. Audiāt Hieronymum, qui
q. 3. se quis inquit: Si quis non recto iudicio eorum qui pręsunt
ecclesię, depellatur, & foras mittatur, si ipse antea
nō exit, hoc est si nō ita egit, vt mereretur exire, ni-
hil læditur in eo quod nō recto iudicio ab homini-
bus est expulsus: & ita fit vt interdū ille qui foras mie-
titur, intus sit: & ille foris, qui intus videtur retineri.
audians.

Audiant Rabanum, qui dicit: Non in perpetuū dam- *De ore. of.*
namur, cū iniuste iudicamur dicente Psalmista: Nec *pressur. n.*
damnabit illum, cum iudicabitur. Quid clariora re- *24 q. 3. ub*
quirūtur testimonia? Agnoscant igitur pij, quanti fa-
ciendæ sint impiæ, iniustæ, ac tyrannicæ excommu-
nicationes vestræ: easq; valere sinant, cum præter
CHRISTI præscriptū eis in regni vestri augmen-
tum vtamini, nullam de ecclesiæ salute rationem ha-
bentes. Si quis verus ecclesiæ Romanæ episcopus esse
ac dici velit, non tyrannidem affectet, nō libidini suę
inseuiat: sed propriæ ecclesiæ suæ regimine conten-
tus, eam iuxta Dei verbū regat: præbeat semetipsum
ecclesiæ suæ speculū ac exemplum in omni bonitate
ac pietate: ex ea reiiciat quotquot alicuius ecclesiæ
cura incūbit: admoneat, hortetur, præcipiat vt sin-
guli ecclesiam suam repetant, eamq; sanctè ac piè in
Domino IESV gubernēt: quòd si parere noluerint,
eos ex ecclesiæ suæ cœtu per excommunicationem
arceat, vt sic addiscant regere CHRISTI ecclesiā,
in quo posuit illos Deus episcopos ac pastores: imò
tantum a Deo ecclesiæ præpositi esse dicentur,
cū super gregem suum vigilantes, incumbunt ora-
tioni, lectioni, ac doctrinæ, & sanis sermonibus Do-
mini nostri IESV CHRISTI. Sed quid hæc re-
fero? quæ spes, vt ista fiant, haberi potest? nulla sanè:
quin potius Papa ipse, vnà cum synagoga sua excom-
municari deberet, non solū iuxta CHRISTI in-
stitutum, sed & iuxta ipsius Romanæ ecclesiæ iura:
hæc namq; deponi ac excommunicari præcipiūt, qui-
cunq; prælati, siue clerici sunt, & domicilia fœmina-
rū frequētant. Qui aleis ac inhonestis ludis & crapu-
lis ac ebrietatibus inseuiunt. Qui mercimoniā &
vsurā exercent. Qui tabernas & alia inhonesta loca
tenent. Qui in adipiscendo beneficio vsus est regio-
nibus. Qui cōsentiant vel to-

Dist. 63.

omni.

16 q. 7. si

quis.

ACTA II. DIEI:

Distin. 83. lerant fornicationes clericis suis. Qui assumunt ea-
si quis. ras & negocia secularia. Qui simoniam committunt,
Dist. 88. Qui publica incontinentia laborant. Qui peccauer-
Episcopus. rint, aut in homicidio, aut in alio quouis magno cri-
1. q. 1. pres- mine inuenti fuerint, Qui in alienis ecclesijs offi-
byter. cium aliquod pastoris usurpauerint. Qui res eccle-
Dist. 50. siasticas, quæ sunt bona pauperum, & in pauperes
qui semel. distribuendæ sunt, dilapidati fuerint. Vide nunc, &
Dist. 81. sponsa CHRISTI, quos adulteros habeas: con-
presbyter. spicite nunc, ô CHRISTI oues, quos mercena-
9. q. 2. nul- rios, quos lupos pastores tui dignos arbitreris. At
lum. dicetis: Res nostræ fortè in melius mutabuntur. Ego
10. q. 2. si autem dico vobis, nihil prorsus boni a vobis speran-
quis. dum esse, imò deteriora in dies expectanda sunt.
 Quod ex hoc perspicuè dignosci potest, quia vide-
 licet frenum quod iniquitatibus ac sceleribus vestris
 adhiberetur fuerat, contractum abiiecitis. In concilio
 enim Bracarenli secundo iussu ac sancte sancitum
 fuit, ut quiuis pastor duobus aut tribus testibus offi-
 cio pastoris priuari posset: vos autem hoc decretum
 irritum fecistis, & in huius locum alterum subordi-
 natum, quod omnibus Papistica vestrae ecclesiae
 ministris liberâ largitur auctoritatem, ut pro libidine
 sua palam ac impunè luxuriari possint. Audite igitur
 sacrosanctum decretum. Præsul non damnetur nisi
 cum septuaginta duobus testibus. Presbyter autem
 Cardinalis nisi cum sexaginta quatuor testibus depo-
 natur. Diaconus verò Cardinalis urbis Romæ nisi
 cum viginti septem testibus deponatur, aut condem-
 netur: subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, ho-
 starius, non nisi septem testibus condemnabitur. Cur
 hoc? ut absque ullo Dei hominumue timore in quo-
 rumcunq; scelerum chaos præcipites ruant. Quis enim
 & si maximo ecclesiae Dei zelo permotus id ageret,
 posset unquam tot inuenire testes, qui pastorem ali-
 quem

quē coram ecclesia pudere facerent? Sed esto aliquis
 qui decretorum suorum verbis illum arguat, dicens
 illum tot mortibus dignum esse, quot vitiosa exēpla *II. q. 3. præ*
 ad subditos transmittit: illumq; hac ex causa potius *tipuē.*
 eanē impudicum, quā episcopum vocari debere: *2. q. 7.*
 statim velut sacrilegus in sanctā Romanam ecclesiā *qui nec*
 ac hæreticus, proscribitur, maledicitur, & anathe-
 mate sathanæ ac igni deuotetur: quoniam ausus est
 os suum ponere in cœlum, plus sapere quā opor-
 tebat, ac tangere christos Papæ. Attamen Deus quā-
 doq; aspiciet peccata Sodomorum, & visitabit ini-
 quitates Amorrhæorum in sulphure & igne: sed nō-
 dum completa est iniquitas eorum,

Tum ille qui palam confiteri CHRISTVM
 non ausus erat, Eusebium rursus interrogauit, ac, In-
 tellexi sanē, inquit, quōd excommunicatio nisi pro-
 pter peccata corrigenda infligatur, irrita ac vana
 sit: & si alia quauis ex causa feratur, iniusta atque
 iniqua habeatur, ideoq; non timeri debere: sed a re
 præter hæc scire volumus, quo nam ordine, per quē
 ferri debeat excommunicationis sententia, & a quo
 postremò excommunicatus solui debeat.

Cui Eusebius: Si CHRISTI verba quæ dixi vo-
 bis intelligeretis, inquit, non oporteret super hac re
 diutius immorari: sed ea vobis prolixiori sermone
 explicabo. Si quis itaq; aderit in ecclesia, quem con-
 stet palam adulterū, aut scortatorem, aut idolis ser-
 uientem, aut blasphemū, aut avarum, aut ebriosum,
 aut maledicum, aut rapacem, aut oī sē viuentem,
 nihil operantem, sed alienum panem manducantē,
 quoniam huius edicto ecclesia offenditur, ideo (vt
 dixi) rum peccantis salutē, tum ecclesiæ decori, con-
 sulendum est: illudq; malum auferendum, ne plures
 eius exemplum sequentes, inficiantur. In primis igitur
 aut episcopus, aut alius cuius frater, amicē fra-

Eusebius.
Excōmu-
nicationē
optima
for ma.

ACTA II. DIEI.

terneq; delinquentem conueniat , ac cum seorsim
 obsecret, vt sicut exhibuit membra sua arma iniqui-
 tatis peccato, eadem posthac exhibeat arma iustitiæ
 Deo in iustitia ac sanctitate, vt non amplius blasphe-
 metur nomen Dei in ecclesia. Quod si monitis his
 paruerit ac peccatum deferat , nihil vltius agen-
 dum est: ecclesia namq; cum videat illum ad pietat-
 em ac sanitatem reuersum, debet amoris amplexi-
 bus eundem tanquam filium in gremio suo fouere,
 nec aliquid vltius tentare , quo illum pudore ac
 mœrore afficiat: vt sic Deum misericordiæ patrem
 imitetur, qui quoties ante se ingemiscientem pecca-
 torem conspicit, non recordatur amplius iniquita-
 tum eius. Quod si fratris admonitioni non paru-
 erit, ab eius salute quærenda non est desistendum: sed
 vnum aut alterum fratrem secum vnâ accipiat, & co-
 ram eis ipsum fraternè admoneat, horteturq; ne ec-
 clesiam scelere suo ita conspurcet: sed erubescat , &
 abijciat opera tenebrarum, & induat arma lucis, vt
 non amplius idolis seruiat, comestationibus, ebrieta-
 tibus, impudicijs, contentionibus ac dolis , & car-
 nis desideria non amplius sequatur , & perficiat.
 Quod si hic secundis monitis correctus , ad melio-
 rem frugem reuersus fuerit , ab omnibus suscipia-
 tur: neq; vlla ratione coram tota ecclesia pudefieri
 debet. Si verò monita hæc veluti & priora spreue-
 rit, tanquam malignum quoddam vlcus acrioribus
 remedijs sanare quærant: ideo iram Dei aduersus
 peccata huiuscemodi, atque ecclesiæ scandalum illi
 obtrudant. Quod si nullis poterit sermonibus aut
 minis adduci vt corrigatur, tum velut ovis pestilens
 de ecclesiæ cœtu abijciatur , ne fortè cæteras oves
 contagio suo inficiat. Nullæ hîc accenduntur cande-
 læ, quæ in eum proijciantur: nullæ pinguntur tabel-
 læ, quæ dæmonum figuris repletæ , ubiq; per vrbes
angæ-

angulos ac templorum portas appendantur: hæc omnia vos excogitastis, vt his veluti quibusdam mon-
stris possitis perterrefacere. Sed tantummodò toti
ecclesiæ pastor annunciet hunc rapacem, ebriosum,
fornicatorem esse, & diu ecclesiam ipsam scandalo
suo offendisse: admonitum quoque fuisse iuxta cor-
rectionis fraternæ ordinem, sed nunquam resipisce-
re voluisse, obsecrètq; hac ex causa totā ecclesiam,
vt eius peccatum lugeat: Deumq; oret, vt illi resi-
piscenciam præster: interea tamen non tanquam ab
inimico, sed tanquam a fratre infirmo abstineant,
nec cum illo in aliqua re communicent, vt sic con-
fundatur. Hæc est vera excommunicandi forma,
quam Paulus expressit, cum scribens ad Corinthios
dixit: Ne commisceamini fornicarijs, ita vt cum illis
nec cibum sumatis: quòd si ecclesiam non audierit,
ita vt nullum ex ipsius ecclesiæ sententia pudorem
accipiat resipiscatq; sit tibi velut ethnicus ac publi-
canus, donec resipuerit. Dicitur autem aliquis per
excommunicationem satanæ tradi, quatenus extra
ecclesiam proiectus, in qua tantum CHRISTVS
regnat, regnum mundi inhabitat, in quo satan ty-
rannum agit, vbi tanquam satanæ mancipium mi-
serissimum propter peccati conscientiam diuexatur:
cuius vexationis causa sæpe fit, vt peccator dum vi-
det se ex ecclesiæ cœtu ita proiectum, vt nullus ex fi-
delium numero illi commisceatur, miserix suæ cau-
sam dereftari incipiat, ac resipiscat, vtq; ex illa libe-
retur, modis omnibus contendat: ideo ingemiscens
ad ecclesiæ gremium confugit, veniam petit, & sic
in CHRISTI regnum, relicta satanæ ditione mi-
serissima recipitur. Hinc liquidò videre licet, quid ve-
ra CHRISTI ecclesia debeat excommunicatio-
ne sua quærere & spectare: non sanè vt iniurias sibi
illatas vlciscatur, non vt diuitias, aut imperium sibi quaerendū.

*Satanæ tra-
di quid.*

*In excom-
municatio-
ne quid
quaerendū.*

ACTA II. DIEI.

Matth. 18.

1. Tim. 1.

2. Thes. 3.

2. Cor. 1.

asciscat: sed ut frater tantummodò resipiscat, peccatumq; suum agnoscat, ingemiscat ac veniam petat, in posterumq; piè ac sanctè viuat. Hoc testatus est Christus, eum dixit: Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Hoc testatus est Paulus, cum dixit: Hymenæum & Alexandrum tradidi satanæ, ut discant non blasphemare, sed & Corinthium fornicatorem, satanæ tradendum esse iudicauit Apostolus, non quidem ut illum perderet, sed ut spiritus saluus fieret. Hac quoq; ex causa dicebat Paulus ad Thessalonicenses. Ne commisceamini cum illo, ut confundatur: sed nolite quasi inimicum existimare, verum corripite ut fratrem: & de Corinthio scribit ad ecclesiam Corinthiorum: Sufficit, inquit, illi qui eiusmodi est, hæc obiurgatio quæ sit a pluribus, ita ut e contra magis condoneris ac consolemini, ne fortè abundantiori tristitia absorbeat qui eiusmodi est. Quòd si ecclesia hac tantum ratione excommunicaret, omnia ad ecclesiæ ædificationem ac salutem transigerentur. Et sanè ecclesias plerasq; probare non possum, quæ etsi Euangelicam doctrinam amplexæ sint, tamen super populi sceleribus conuiuere malunt, quàm salubri excommunicationis disciplina semetipsas perpurgare. Sed sibi hi caueant, quibus hoc onus incumbit: cur non reprehensione graui digni erunt? Audiant Paulum, qui Corinthiorum ecclesiam hac ex causa non leuiter arguit, dicens: Vos inflati estis, cur non potiùs luctum habuistis ut tolleretur de medio vestri malum? quo igitur ordine excommunicatio in quenquam ferri debeat, enarraui vobis.

*Quis excommunicare
quenquam
possit.*

Sed quis huiusmodi disciplina in delinquentes utetur? an fortè episcopus, siue parochus? sed hanc questionem Christus ipse breuissimis verbis dissoluit. Cum enim diceret, abstinendum esse ab homine, non qui-

non quidem quamprimum episcopi aut parochi monita contempserit, aut vniuscuiuspiam, sed tum solummodò, cum ipsius ecclesiæ vocem audire noluerit. Quibus verbis innuere voluit, nullum hominem in ecclesia esse posse, qui per se aliquem anathemate ferire possit, nisi ipsius ecclesiæ consensus admonitioq; præcesserit. Penes igitur totam ecclesiam, quæ pastorem & oues, episcopum videlicet ac populum complectitur, excommunicandi autoritas sita est. Ideo Paulus Apostolus Corinthium fornicatorem per se tantum excommunicare noluit, sed toti ecclesiæ *1. Cor. 5.* scribit: Ego, inquit, absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens congregatis vobis & meo spiritu cum virtute Domini nostri I E S V C H R I S T I, tradere huiusmodi hominem satanæ, vt spiritus saluus fiat. Fatendum quoq; nobis est, ad eosdem spectare auctoritatem ab excommunicatione soluendi, ad quos & ligandi spectat. Quod ex C H R I S T I verbis colligitur, cum videamus ipsum soluendi auctoritatem eisdem dare quibus & ligandi dedit. Et Paulus hoc idem ostendit. Sicut enim vna cum Corinthiorum ecclesia Corinthium satanæ tradiderat, sic cum eiusdem resipiscenciam intellexisset, eandem ecclesiā admonet, vt illum consolari velit, ac in eum charitatē confirmare. Vbi sciendum quòd etsi Apostolus non sibi vsurpat vt per se solus excommunicet: in iudicando tamen, an excommunicari quis deberet, præit omnibus alijs: quod & in ecclesijs nostris facere decet, vt scilicet pastorum ac diaconorum, presbyterorumq; suffragia, reliquorum suffragia præcedant, vt per horum iudiciū imperitior plebs ad iudicandū dirigi possit: nō autē episcopus, quiuis ille sit, tantam sibi in ecclesijs vsurpet tyrannidem, vt omnibus alijs, quantumuis bonis ac pijs semotis, solus quenquā excommunicare audeat. *2. Cor. 1.*

ACTA II DIEI.

vel ab excommunicatione absoluere. Quod si nū-
 lus potest tantummodo in ecclesia cui præest hoc a-
 gere, multò minus idem facere poterit in ecclesijs
 quibus ipse non solum non præest, sed quæ a se lon-
 gissime distant. Sed heus tu ô domine Papa, quo iu-
 re hæc agere potes? Tyrannidi tuæ sanè restitit Aph-
 ricanum concilium: cum enim Apiarium presbyte-
 rum ab Aphricanis episcopis excommunicatum vel
 les tua autoritate absoluere, quia ad te appellas-
 set, minimè tibi succedere potuit, licet multa per
 Faustinum Potentinum episcopum ac legatum tu-
 um tentasses ac commentus esses. Sed & præcis ec-
 clesiæ C H R I S T I temporibus libidini tuæ resti-
 tit ecclesiæ disciplina. Nam cum Martion hæreticus
 a patre suo catholico ac sancto episcopo excommu-
 nicatus esset ob vitiatam virginem, videretq; se in il-
 la ecclesia absolui ac reconciliari non posse, ad te
 confugit (de tyrannide enim tua audierat) ut ibi in
 ecclesia communicaret: sed minimè hoc permisit ec-
 clesia ipsa, sed saluam ac integram disciplinam reti-
 nens, tibi restitit: nec vnquã absq; paternæ ecclesiæ
 consensu Martion absolui potuit. Et Aphricanis e-
 piscopis nunquam) uti tamen te facturum iactaue-
 ras) ostendere potuisti ex Nicæni concilij actis, te
 eam habere facultatem, ut ad te ex diuersis orbi-
 s partibus liceret appellare. Iactabas quidem te hoc
 ostendere posse ex quodam Nicæni concilij exem-
 plari, quod apud te erat, sed tamen exemplar hoc
 nunquam producere valuisti: mendacio volebas fa-
 cere id tibi usurpare: quod tibi tum ex Christi, tum A-
 postolorum, ac ecclesiarum decretis prohibitum fue-
 rat: mendaciū tuū detectū fuit: nam quod tu asserere
 bas, neq; Antiochiæ, neq; Alexādrig, neq; Cōstantino-
 poli, neq; Carthagini inueniri potuit in exemplarib.
 quæ ibi habebantur, in quibus Nicæni concilij acta

*Concilium
Aphricanum.*

*Primitiua
ecclesia re-
stare Ro-
manæ.*

descripta

DE EXCOMMVNICATIONE. 95

descripta fuerant. Non moliebat^{ur} hanc tyrannidem Cornelius & ipse episcopus Rom. nam cum quidam, qui in Aphricanis ecclesijs excommunicati fuerant, Romam venissent, vt ab ipso absoluerentur eos in Aphricam remisit; vt ibi absolutionem acciperent, vbi & causa eorum cognosci ac testes haberi poterant. Sed quoniam auctoritatem tum excommunicandi, tum ab excommunicatione soluendi penes ecclesiam esse dixi: ideo pios quoscunque, si *Quid eccle* qui fortè adsunt, monitos volo, vt nominis ecclesiae *sia nomine* interpretationem rectè ex sacris literis percipiant, in *S. literis* ne fortè vnà vobiscum sentientes, putent ecclesiam *intelliga* nihil aliud esse præter episcopum aut parochum. *sur.*
Quadrifariam igitur Ecclesiae vocabulum in sacris literis accipitur.

Primò quidem pro loco, vbi populus Domini ad audiendum verbum eius conuenit, vbi totius populi habentur communes preces, vbi ministrantur sacramenta, vbi quoque publicè delinquentes per excommunicationis sententiam ex fidelium cœtu proijciuntur: de hac ecclesia habetur sermo, cum dicitur: Conuocatus est totus populus, & per totam noctem intra ecclesiam orauerunt. Secundò, ecclesia *radith 6.* nomine cuiusvis populi cœtus, qui certis quibusdam legibus regantur, intelligitur: & hoc modo habetur sermo de populo Israel, cum dicitur: Conuertit Solomon faciem suam, & benedixit omni do- *3. Reg. 8.* mui Israel: omnis enim ecclesia Israel stabat qua ratione omnes qui C H R I S T I nomen profitentur, eiusq; sacramentis initiantur, C H R I S T I ecclesia vocantur: & de hac dicitur a Paulo: Posuit vos Spiritus sanctus episcopos, vt regatis ecclesiam Dei: *48. 20.*
Vbi notandum, quòd ecclesia hoc nomine accepta in plures diuiditur ecclesias, id est, iuxta vrbium, oppidorum ac domorum diuisionem. Hac ex causa

ACTVS II. DIEI.

Col. 4.

Eph. 1.

2. Tim. 2.

Episcopi

Papistici

presunt ec

clesie ma

lignantiu.

Paulus testatur aliam esse ecclesiam Romanorum, aliam Corinthiorum, aliam Ephesiorum: aliam quæ erat in domo Nymphæ. Sicut & alia erat Iudæorum ecclesia quæ erat Hierosolymæ, alia quæ Nazareth, alia quæ Bethlehem. Tertio accipitur ecclesia pro omnium sanctorum ac prædestinatorum numero: & de hac canimus in symbolo, Credo vnam sanctam ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem: de hacque locutus est Paulus, cum dixit, CHRISTVM constitutum esse Caput super omnem Ecclesiam. Accipitur postremo pro impiorum coetu, cuius caput est Sathan. De hac locutus est David, cum dixit: Odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Penes igitur quam ecclesiam erit auctoritas aliquem excommunicandi? non quidem penes eam quæ lapidibus ac trabibus constructa est: nec penes eam quæ omnes, qui CHRISTI nomen profitentur, continet. Quomodo enim possent omnes vnâ conuenire? nec penes eam quæ iustos quoscunque ac prædestinatos tantummodo complectitur. Hæc enim cum ab origine mundi incipiens, in finem tantum eiusdem absolui debeat, non solum in vnum nequit conuenire, sed nec a quoquam mortalium qui nobiscum viuunt, cognosci. Solus enim Dominus nouit qui sunt eius. Nec postremo hanc auctoritatem penes malignantium ecclesiam, cuius vos Papistæ episcopi, principes ac rectores estis, sitam esse dicemus, quæ cum fabulas, humana figmenta, idololatrias, blasphemias, rapinas sectetur, CHRISTVM eiusque verbum persequatur, tantum abest, ut quoniam excommunicare possit, ut potius ex toto terrarum orbe veluti eius præsentissimum venenum tollenda sit. Concludamus igitur singulas Christianorum ecclesias, quæ per diuersas vrbes ac loca dimissæ sunt, auctoritatem a CHRISTO accepisse, qua

qua publicè delinquentes, a se per excommunicatio-
nem arcere & eosdem resipiscences sibi in charitate
reconciliare possint. Vos igitur pij, Papistarum ex-
cōmunicationes ne timeatis: Sed in verbo Domini
perseuerare ac constantes estote. Sic enim videbitis
auxilium eius super vos, vt eripiat vos de manibus
eorum. Si verò per ignem ac flammā ducere vos vo-
luerit, in refrigerio vobiscum erit, virtutemq; & for-
titudinem præstabit: & horum causa nolite terri,
non est enim seruus maior domino suo. Sed si perse-
cuti sunt illum, & vos persequantur. Quia fieri non
potest, vt qui piè viuere volunt in CHRISTO IE-
S V, persecutionem non patiantur. Et Hieremiæ ex-
emplum vos consoletur: Huic namq; pseudoprophe-
tæ irascebantur, quia vera prædicabat. Dicebat enim
quòd subuerso templo, ac ciuitate deserta, peritura *Hieremias*
esset eorum hypocritica religio, ac lucra ex religio *propheta*
ne venientia: idcircoq; apprehenderunt eum, & con-
suetudine *cur occi-*
sentiente sibi populo, illum morti destinarunt. Non *sus.*
igitur magnopere curemus, si propter mandata Do-
mini ac fidei veritatem Antichristus eiusq; pseudo-
prophetæ, ac deceptus populus nobis irascantur,
Neq; præsentia mala pertimescamus, sed futura bo-
na animo cogitemus. Domini itaq; voluntatem pro-
sequamur, & cognoscamus quia IESVS CHRIS-
T V S in nobis est, cuius fiducia accedamus ad
Deum patrem, orantes vt faciat in nobis per IESVM
CHRISTVM quod illi placeat: & certi simus,
quoniam si ita orauerimus, non poterit non præsta-
re quæ in CHRISTI nomine petierimus: nam
CHRISTVS hoc nobis pollicitus est, dicens: *Ioan. 15.*
Quicquid petieritis patrem nomine meo, dabit vo-
bis. Et intuitus eos qui ipsum affligebant, dixit: Si in
vobis habitat vlla pietas, obsecro, obtestorq; vt mihi
manillū cōcedatis osij, vt iam tandē respirare valeā.

ACTA II. DIEI.

Aspicite vineula, careeres, & passiones quæ mihi in
synagoga vestra contigerunt.

DE INTERCESSIONIBVS

Sanctorum.

At illi dentibus frementes, dixerunt Eusebio: Tu
es qui conturbas gentem nostram, & miserebimur
tui non faciemus, non inquam faciemus.

2. Cor. 3. Quibus Eusebius, Vos potius, inquit, ac patrum
vestrorum domus, conturbatis ecclesiam Dei, & ip-
se vobis miserebitur: non faciet: nam cum Dei tem-
plum violaueritis, disperdet vos Deus: At postquam
nulla vobis humanitas aut misericordia, agite in me
quod vobis datum est, & Dominus sit defensor vitæ
meæ, vt siue moriar, siue viuam, eius opera narrare
possim.

Tum ille qui ceremoniarum magister dicitur, sur-
rexit, vt seruum Domini insidiosè alloqueretur, sed
quoniam epulabatur quotidie splendide, vt iumen-
tum factus fuerat, & nesciebat loqui: ideo obmut-
ruit.

Surrexit verò quidam ex genere eorū qui amant
vocari Rabbi, ac salutari in foro, & suprema loca in
synagogis & in mensa habere, ac dixit Eusebio: Exi-
stimas fortè me tua verba quæ dixisti, non intellexis-
se? Attendite quæso qui hic pro sanctissimi patris
nostri salute ac eius regni defensione adestis, qua ra-
tione diuorum intercessionēs tollat: dixit enim:
dum fratres suos Lutheranos alloqui videbatur: vt
Deum ipsum in nomine CHRISTI tantummodo
orarent, vt videlicet eius auxilio ex manibus nostris
eriperentur. At videbimus an huiusmodi eorum ora-
tiones eos poterant ex manibus nostris eripere.

Eusebius verò, Vos speretis in deos vestros, in-
quit.